



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 24. 25. 26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 24. 25. 26.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum.

QVÆSTIO I.

Quenam sit reconciliationis obligatio?

§. 1. **O**prime sensum expressit Syrus, si recordatus fueris, fratrem habere contra te inimicitiam aliquam. Hæc igitur reconciliatio non est necessario quaerenda, cum frater iniuria se affectum nescit, posset enim exasperari. Deinde non hic agitur de condonanda iniuria, sed de satisfaciendo offensæ: quamvis eadem sit lex condonandi iniuriam sibi illatam, & satisfaciendi læsi.

Lex igitur est posita vniuersis. Iniuriæ veniam petere. *Mec est potestas*, inquit Hier. l. 2. contra Pelag. c. 4. *ut non habeam aliquid contra fratrem meum, ut autem ille aduersus me habeat, aut non habeat, in illius voluntate consistit.* Quid ergo faciam si ille reconciliari noluerit? obsecro? flectam genua? sed audire contemnet. An oborto reconciliari collo nolentem in ius amicitia traham? Ecquæ est maior inimicitia, quam amicitias necessitate sociare? neque enim dixit: roga eum ut tibi concilietur: sed reconciliare primum fratri tuo; & sic offers munus tuum ad altare, non quod impossibilia Deus præceperit: sed in tantum patientia culmen ascendit, ut prope impossibilia pro difficultate nimia præcepisse videatur, ad destruendam sententiam tuam; qua scribis facilia esse Dei mandata. Hoc vero omnibus sacrificiis & holocaustis est præstantius. Ideo sacrificium ad tempus est omittendum, ut caritas sanctiatur.

§. 2. Lex illa naturalis est; Nam si retum, famæ, Obligatio corporis detrimentum intulit, compensare tenetur. Si conuitium dixit, retractare, veniam petere: quæ quidem res ut necessaria est, ita humanæ arrogantia naturalis. ardua, quæ odisse, quos læsit, constanter aliolet; Nam inimicos æstimat, ideoque victores, quocirca non esse expetit.

§. 3. Nec modo qui iniuriam attulit, reconciliatorem petere; sed etiam qui passus est, ignoscere peccati tenetur. Ita non modo sancti patres, sed etiam Scholastici doctores constanter asseuerant, ut appareat grauissimam esse calumniam; qua nos accusant, quasi externis operibus intenti, animorum sanitatem negligamus.

Hæc vero sunt nostrorum decreta.

1. Inimicos, qui nos odio prosequuntur, tenemur inimici de ex caritate diligere. Ita D. Thom. 2. q. 25. art. 8. & 9. ligendi. Ex Aug. l. 1. de doctr. Christ. c. 22. Vide omnes in D. Th. interpretes. Proximum enim nomine comprehenduntur.

2. Inimicis proinde beneficia, & amorem re ipsa exhibendum.

3. Si inimicus occurrat, non tenetur quem ille offendit, alloqui aut salutare: Nam hoc tale signum est caritatis, quod omnibus proximis non solet exhiberi: non semper nec ergo tenerur inimico.

4. Multæ tamen occurrunt circumstantiæ, qui Inimicus bus illa caritatis non fidei indicia sunt demonstranda. Sape salu-
H 3 Ut si tandum.

QVÆSTIO II.

An illo procepto, Non occides gladii usus magistratui inhibeat?

§. 1. **I**ta quidem Anabaptistæ, sed eos omnis antiquitas orthodoxa, & hærese nonitas simul condemnauit. Occidere enim propria auctoritate nemini potest. Magistratus à Deo gladium accepit. Et legislator, qui dixit: non occides, etiam dixit: Maledictus non finis vivere; ille adulteros lapidari, homicidæ sanguinem fundi imperauit.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

§. 1. Etiam singula carpit. Reum esse Consilij, græce *synedrij*, seu confessorij diuini non potest esse panam ambiguum mereri. Quid enim absurdius, quam Deo iudicij ambiguum esse, quod peccatum, quam panam mereatur?

Respondet. Ambigua profecto non est calumnia aduersarij, quamuis absurda. Non dixit Bellarminus. Ambiguum panam mereri, non dixit Deo iudicij ambiguum esse. Et tamen hoc si diceret, culpam non posset. Cum toties Scriptura *deus deus* Deum quaerentem, disputantem, consultantem inducat. Non quod omnificia natura, cui rerum ordinatissima series ad motum vsque puluisculi præsens est, dubia hæsitatione de iure, vel euentu deliberet, sed ut nostra nos peccata æstimare & discernere valeamus. Attentos ergo nos esse illa ciuiliu iudiciorum à Christo proposita imitatio monet. Conuitium docet esse mortale: Si verbo leuiore insonuit iracundia, iam omnino quid in peccatum est, sed non continuo mortale, quale vero, Concilium æternæ sapientiæ discutit. Si tacita fuit ira, iudicium Dei vel leuem vel grauem, vel etiam nullam esse culpam decernit. Hoc ergo iudicium stat, caditque reus. Si rationem occupans motus, nullum crimen erit, alias magis minuitur pro deliberationis maturitate, & vindictæ, quæ apponitur, grauitate.

Aduersarius idem sentit, & dicit, sed furore cæcus, qui omnia Bellarminiana carperet obstinavit, dixit à se aliquando veritatem sum pœnitet. Pag. 94. Esse varios gehennæ cruciatum, de quibus frustra Concilium non habetur. Humanitus loquitur Dominus de Dei iudicio. Cur non retorquet Bellarminus: Quid absurdius quam Deo iudicij ambiguum esse quod peccatum mortale, quos gehennæ cruciatum mereatur. Quod responderet Bellarmino, sibi responsum putet.

Constat ergo iudicio Dei, sed diuinitus loquendo, non constat humanitus loquendo. Constat Deo, sed quasi non constet, loquitur, ut cõstet & nobis. Quorsum tandem hæc? Ut sic verba Domini ex glossa Caluini explicemus. Reus erit iudicij, id est gehennæ, reus erit Concilij, id est gehennæ, reus erit gehennæ ignis, id est, gehennæ grauius. Quali vero cum graui peccato attribuit gehennam, in leuioribus, aliam prænam nominando, non eam negauerit, quæ soli grauiori decernitur. Cur enim non vno verbo, omnia minima parua, mediocria, magna, maxima, inferis delegauit?

Sunt diuersæ gehennæ ignis: quia conuitium illo igne punitur, & sine dubio homicidium, quod est grauius conuitio. Non tamen de ira simplice id Dominus asserit. Si enim nullum est peccatum non dignum gehennæ ignis, cur eam soli dicenti; fatue, delegauit: De Raca, & Gehennæ, quia alius locus est propius, agere nunc superuacuum est. De Concilio, Synedrio, vide Maldonatum nostrum, & Baronium.

Calu in-
ista, non
magistra-
tum ex-
cutes
pauit.

Ut si id inimici dignitas, Dei gloria, proximi instructio exigit. Nam reuera, si amicum ante alloquio excipiebas, si iurationem antehertebas, nunc postquam inimicus factus est, nihil horum facis, te ipse vlciferis. Genus enim vindictæ est, oculis auersari, alloquio non dignari.

Imo grauis est, sed vera sententia Syluestri, verbo, Caritas. Mortale crimen esse, si inimicus cum aliis,

Mortale aliquando, non salutare inimicum. quia amici sunt occurrat, illo præterito, ceteros salutare. Nam & scandalum est, & causa inimicitiae roborandæ noua exoritur, & vindicta grauis suscitatur.

Excludi communibus beneficijs non debet. 5. Si Reipublicæ beneficia conferantur, cuius membrum est inimicus, non debet ille excludi. Tum quia offendit hoc alios, tum quia ius habet bonorum communium; atque adeo excludere eum est vlcifici.

Pœnitenti ignoscendum. 6. Pari constantia docent inimici pœnitentis, factumque nolentis & deprecantis satisfactionem accipiendam esse.

Nam reuera mandatum est naturale serio & sincere veniam postulanti ignoscere. cum enim voluntas hominum mutabilis sit, cum indies peccet, & eum peccati pœniteat, non posset societas humana consistere, nisi lædentibus mutuo læsi ignoscant. Ita Syluest. verbo caritas. Bannes in q. 26. Valentia. ceteri. Hinc pulcherrimus est Fabiani canon. d. 90. *Vi si quis ob iniuriam illatam contristatus oblatam satisfactionem noluerit admittere, grauisimè ad id panis adigatur.*

Ignoscens ius suum persequi potest. 8. 4. Potest tamen etiam, qui ignouit, ius suum persequi, non vindictæ, sed iustitiæ studio, ut si quis infamauit proximum, delicto ignoscere, famam reposcere oportet. Famam enim qui negligit, crudelis est. Quin ille qui infamauit, etiam non repœnitenti, non conticio: estituere tenetur.

Ius satisfaciendi non est intendenda. Quod si omni modo satisfactionem offerat læso, ille qui fecit iniuriam, actionem iniuriarum intendere non potest iniuria affectus: quia quicquid imperio iudicis facturus est, id sponte faciet, maiore pœnitudo ne, & caritate. Hoc autem caritas exigit, ne sine causa litem intendas. Improbi enim hominis est, debitum per lites recipere, quam vltro oblatum malle.

Pœnam pœnitentis a pœnitente a magistro liceat. Id solum video controuerti inter aliquos, an læsus post satisfactionem à ledente acceptam à iudice petere valeat, ut qui læsi, puniatur. Eorum qui id licere arbitrantur, ratio est. Qui læsi iniuste non petere a personam modo, sed Reipublicam etiam læsi. Caius enim dum Titum vulnerat, non modo Titio obnoxius est, verum etiam Magistratui, & Reipublicæ, cuius leges violauit, scandalum ciuibz obtulit: Cum vero iure merito possit à magistratu puniri, imo ob pacem & concordiam publicam, eum Magistratus punire teneatur; non videtur delinquere, Titus, si id quod iustum, & Reipublicæ est vtile procuret. Quod etiam aliter cuiuslibet concessum est. Alioqui improborum malitia licentiose optimum quemque premeiet, veniæ secus, & certa impunitatis.

Alii fieri posse negant; nam omnino satisfactum est Titio, reconciliatio enim plena est: amare igitur Caium, ei consilium, non accusare debet. Nec Reipublica aliter, quam in Titio læsa est, cui cum satisfactum sit, etiam Reipublicæ satisfactum censi debet. Denique id videtur pœnitenti debere, ut qui arbitrio læsi sese subiecit, ne ab alio magistratu mul-
tetur.

Accusatio pœnitentis periculosa. Mihi videtur aliquando eiusmodi accusatio conpœnitentis cedi posse, ut Metaphysice & speculatiue, non sit contra caritatem, communiter vero periculosam esse iudico.

Fundamentum est notum, & consensu omnium firmum. Priuatorum iniurias ad Rempublicam pertinere. Eas posse à Republica puniri, quamuis priuati omnia remiserint, accepta satisfactio.

Est enim in Titio solo læsa est, vere tamen ad leges, ipsamque societatem iniuria pertinet, cui per exempla pœnarum eius dum est obuiam.

Hinc cum suo iure sancte, pieque res publica vtatur, non video, cur non id petere possit Titius, si modo sincero animo agat, nullo odio, aut alienatione, seu cupiditate vindictæ, si nullum scandalum in Cato, aliusque consequatur, si pure iustitiam, tranquillitatem, Reipublicæ emendationem Cai, ob oculos ponat, quæ cum non nisi in perfectissimos conueniant, ordinariè periculosa, illa censetur accusatio, & argumentum esse solet, non bona fide in gratiam redisse. Priuatis enim affectibus publicum bonum obtendi solet.

8. 5. Hæc omnia non modo calumnias hæreticorum abolent; verum etiam impiam de certitudine & operibus hæresin elidunt. Si enim Deus hominis iniuriis sacrificium ne ad aram quidem admittat, nisi salu eo ad altare relicto, eat, & reconcilietur fratri suo, certe pendet à reconciliatione sacrificii acceptatio, ergo & salus eius, qui sese reconciliat; Sacrificium enim iniuriis ob odium personæ repudiatur, nec nisi persona grata reddatur, admittitur. Ad illa sine reconciliatione cum fratre, non potest Deo reconciliari, ergo nec ad regnum admitti, quomodo enim in adoptionem, & hereditatem acciperetur, cuius munus ab altari repellitur?

Quis enim dubitet in celum admitti volentem, oportere reconciliari fratri suo?

Hinc eodem modo de incertitudine salutis constat. Nemini enim de fide constat, nisi peculiari reuelatione, se nulli iniuriam facturum, aut statim se reconciliaturum, nec sine ea tamen conditione adiui potest regnum celorum. Quomodo igitur sola fide salus acquiratur, si à sacrificio repellitur, qui iniuriæ non satisfecit?

Commendat igitur caritatem, & necessitatem reconciliationis imponit, ut monet D. Chryl. Duo sunt, vt certe ego arbitror, quæ per ista & designat & consistit. Vnum quidem, quod utique iam dixi, ostendere scilicet volens quod honoret maxime charitatem, & hanc acceptissimum esse sacrificium ducat: absque ista vero nec illud profecto suscipiat. Aliud vero, quo irrefragabilem quandam necessitatem reconciliationis imponat. Qui enim iussus est non prius munus offerre quam reconcilietur offenso: etiam si non ob proximi charitatem, saltem ne sacrificium maneat imperfectum, currere ad contristatum iubet, inimicitiasque dissolvere. Propterea & diserte cuncta memorauit, terrens illum videlicet ac suscitans. Cum enim dicitur, relinque munus tuum: non ibi restitit: Sed intulit, ante altare, rursus ab ipso etiam loco horrorem ingiciens: & Vade: nec tantum dixit Vade: sed adiunxit: prius: & tunc veniens offer munus tuum: per omnia ista significans, quia per aliquas inter se inimicitias disidentes, nequaquam mensa illa suscipiat. Audiant hi qui sacris certe mysterijs initiati, cum inimicis ad communionem altaris accedunt. Audiant etiam illi qui nondum initiati sunt: Nam ad ipsos quoque habet aliquid sermo iste commune. Offerunt namque & ipsi munus & hostiam, orationem dico & elemosinam. Quod si nec ad altare, nec Eucharistiam sumendam accedendum est, nisi reconciliatione facta, pendetque fructuosa sacramenti sumptio, ex reconciliatione, multo magis æterna Dei fruitio, charitasque fratris charitatem, pacemque requirit.

8. 5. De animo vero illa reconciliatio est accipienda, si accedi fratrem iusta causa prohibet, ut August. reconciliatio l. i. Serm. Domini in monte cap. 10. *Audemus er-
go illaturum munus ad altare, si recordati fuerimus aliquid aduersum sit.*

uerſum nos habere fratrem, munus ante altare reliquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde venire & munus offerre. Quod ſi accipiat ſur ad litteram, fortassis aliquis credat ita fieri oportere, ſi preſens frater ſit. Non enim diutius differri poteſt, cum munus tuum relinquere ante altare iubeatur. Si ergo de abſente, & quod fieri poteſt, etiam trans mare conſtituto aliquid tale veniat in mentem, abſurdum eſt credere ante altare munus relinquendum, quod poſt terram & maria pererrata offeras Deo. Et ideo proſus intro ad ſpiritualia reſugere cogimur, ut hoc quod dictum eſt ſine abſurditate poſſit intelligi.

VERSUS 26. 27.

Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo; ne forte tradat te aduerſarius iudici, & index tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exiſ inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.

QVÆSTIO I.

Quis aduerſarius ſit?

§. 1. Hieronymus, deinde Maldonatus, & Bellarminus varias interpretationes referunt. Orig. hom. 35. in Luc. Itemque Ambr. Euthym. & Theophyl. in 12. Luc. Hier. Ep. 8. diabolum eſſe interpretantur, quod miror ſenſiſſe Græcos cum ſit εὐαγγέλιον benedictio, nunquam autem cum demone amicitia in eunda ſit. Veritas tamen interpretatio fuit, etiam apud Tert. l. de anima. Eodem modo reſelluntur, qui carnem, ut Athanaſ. q. 62. & Iuuenius, aut peccatum intelligunt.

An aduerſarium eſſe Dei legem, cui conſentire neceſſe ſit. Ita Aug. hom. 1. de verbis Dom. in monte, hom. 31. libro 50. homil. Eam quoque habent Hier. Bonavent. Bern. ſerm. 85. in Cantica.

Mihi veriſſima videtur, quæ eſt Amb. l. 7. in Lucam & Hilarij can. 4. Aduerſarium eſſe, quem læſimus, qui nobis litem intendit, quo cum pacem inire iubemur, dum in via huius vitæ ambulantes ad iudicem tendimus. Paulo aliter auctor reg. breuiſſorum interrog. 222. *Quis eſt aduerſarius vniuſcuſque noſtrum quomodo eum eo conſentientes erimus. Reſponſio. Preſiſe hoc in loco Dominus aduerſarium illum appellat, qui aliquid nobis conatur adimere eorum, quæ ad ius noſtrum pertinent. Porro illi conſentientes ſumus, ſi præceptum Domini illud ſeruamus. Qui vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, diſmitte ei & pallium, & in omni huiusmodi re ad eundem modum.*

Qui bonum Angelum interpretantur non longe ab hac ſententia abeunt; ille enim eum quem commiſſum habet, ab iniuria vindicat. Cauſa cur hanc veram putem eſt contextus & verba. Contextus, quia quemadmodum eum qui deteriorem cauſam habet, præſtat paciſci, & componere litem, ante iudicis ſententiam, ita quoque qui fratrem læſit, eumque accuſatorem ſibi appoſuit, ſive vere vindictam poſcat, ſive factum ipſum, & iniuria clamat vltionem, dum vivit, ſatisfacere debet, ſive grandis ſit, ſive parua iniuria, imo omnino abunde & largiter ſatisfacere; ne ad extremum quadrantem cogatur.

Verba idem indicant; nam vocatur εὐαγγέλιον, quod proprie de eo dicitur qui nobiſcum litigat. Syrus vocat דינאך דינאך, Bihel Dinach Dominum litem tuam, ſeu, habentem litem tuam. Cui Græci nos vult eſſe εὐαγγέλιον.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

res beneuolos, Syrus ait, ſis מַתְּאֵה, Mathaue deſiderabilis cum aduerſario. Iubemur autem proximum diligere, iniurijs ſatisfacere, alia exemplaria habent εὐαγγέλιον, conſentientes.

QVÆSTIO II.

Quid ſit vltimus quadrans, & ubi ſoluatur?

§. 1. Quadrantem Græcus vocat κοδωνίον, nomine latino in Graium vſum translato. Lucas minutum vocat. Quarta pars aſſis eſt, teruncius, vel triuncius dictus, ita Beda, Franciſcus Lucas alij. Syrus interpres octauam vocat, סְחֶמֶנִּיָּה Schemonia. Ge-chma, obolus hæc eſt computatio, Drachma eſt obolorum luc, Chal. 4. obolus 4. quadrantum, τετραμνοειών. Quadrans cuius continet duos Chalcos, Chalcus duos minuta. Itaq; quadrans octo minuta habet. At Syrus obolum diuidunt in octo minuta, & octauam partem vocant aſſis, quæ minima eſt, & indiuiſibilis; nam dimidiam hordeacei grani partem pondere adæquat. Hoc ergo indicat ad minimum teruncium omnia perſoluenda, nihil remittendum.

§. 2. Duplex verò de ſolutione eſt interpretatio. Quidam enim de illis qui apud inferos æternas pendunt pœnas accipiunt, qui non ſunt exituri donec ſoluant extremum quadrantem, quem quia nunquā ſoluent, nunquam egredientur. Qua quidem ſententia eſt Auguſtinus, & nonnulli recentiores.

Plerique tamen de minutis peccatis, quæ in purgatorio expiantur, explicuere. Eorum expoſitionem Bellarm. amplectitur l. de purgatorio c. 7. Tert. l. de anima. c. 17. Cyp. l. 4. Ep. 2. Orig. 35. hom. in Luc. Eufeb. Emyſſenus hom. 3. de Epiphany. Amb. in c. 12. Luc. Hier. hoc loco. Bern. de obitu Humberti. Theodor. Decum. in commentario. multique alij, ex quò probatur, eos omnes cum hunc locum de purgatorio acciperent, purgatorium eſſe credidiſſe.

§. 3. Hanc interpretationem confirmat, non modo auctoritas tantorum viroꝝ, ſed etiam contextus, adeoque ipſum argumentum. Nam cum ponitur particula Donec, duo ſemper adduntur, quorum alterutrum fieri neceſſe eſt. Ut cum dicimus: Et non ſcendit a cognoscebat eum donec peperit primogenitum. Quamvis non liquid ſequatur, poſtea cognouiſſe, hoc ſaltem conſicitur, peperit, riſſe primogenitum aliquando. Sic & illud: Sede à dextiſ meis donec ponam inimicos tuos ſcæbellum pedum tuorum. Non ideo poſtquam inimici poſiti fuerint, non ſedebit, ſed tamen ſequitur, fore ut inimici ſub pedibus ponantur. Ita hoc loco, licet ex particula donec immediatè non colligatur exiturum aliquando, alterum tamè conſequitur neceſſario, fore ut ſoluatur vltimus quadrans, donec εὐαγγέλιον. ſeu ut Syrus, octauum vltimum. Eſt enim comparatio illius, qui in purgatorio diſſoluit debitum cum eo, qui in carcere detinetur, vltimum ſoluturus quadrantem. Auguſtinus ſermone in monte illa ita diſſerit, ut neget ſe adimere diligentiorẽ tractationem.

Nos duo hinc certò pro fide antiqua colligimus. Ex hac in primò dogma illud de purgatorio fuiſſe antiquiſſimum in Eccleſia, à nullo Catholico vilo vnquam tione purgatorum fabricant. Deinde improbam eſſe Caluini, gatorum Danielis Toſſani in mentiendo audaciam, qui dogma diſcimus illud recentioribus imputant. Sed ipſam beſtiam olim cogniamus.

§. 4. Caluinus hunc in modum in Catholicos intehitur. [Cæterum pluſquam ridiculi ſunt Papiſtæ, qui in perpetua loci huius allegoria purgatorium ſuū "Patrum fabricant. Nihil apertius eſt quam Chriſtum de bene- "hageſt, uolentia inter homines colenda diſſerere. Illis nulla "ſiqua, religio eſt ſine pudore verba eius peruertere, & in ſen- "culpa eſt. ſum]